



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Romanvm II. Ob Electionem Novi Imperatoris post obitum  
Ludouici III. cognomento Balbi congregatum, anno Domini DCCCLXXIX.  
tempore Ioannis papae VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO CHRISTI 878.

uernensi, IV. Idus Septembres, hoc est triduo post coronationem istam Trevis datum, in quo non alium se quam regem vocat his verbis, *Ludouicus misericordia Dei rex?* Rex ergo fuit, non imperator: imperatoris vero titulum, antiquis ignotum, alii postea temere affinxerunt.

ANNO CHRISTI 879.

CONCILIVM ROMANVM II.

OB ELECTIONEM NOVI IMPERATORIS post obitum Ludouici III. cognomento Balbi congregatum, anno Domini DCCCLXXIX. tempore Ioannis papæ VIII.

NOTA.

\* *Concilium*] Cum Ludouicus tertius. 4. Idus Aprilis die parasceues circa vesperum, anno Redemptoris nostri 879. obiisset, eaque de re Ioannes papa VIII. certior factus esset, Synodum Romæ indixit, teste Aimoino, mense Maio celebrandam. Ad Anspertum Mediolanensem archiepiscopum, quem ad hanc Synodum vocabat, scribens epistolam 155. hæc ait: *Quia Carolomannus corporis, sicut audiimus incommoitate grauatus, regnum retinere iam nequit, de noui regis electione, vt omnes pariter consideremus, vos predicto tempore adesse, nempe ad Kalendas Maïas valide oportet. Et ideo antea nullum absque nostro consensu regem debetis recipere. Nam ipse qui a nobis est ordinandus in imperium, a nobis primum atque potissimum debet esse vocatus atque electus, &c.* Carolum Crassum filium Ludouici fratris Caroli Calui erga quem propensior erat, Romam vocat. Cumque Anspertus ad Synodum vocatus venire noluisset, atque interea de eligenda Caroli persona propositum immutasset, post dictam in Anspertum excommunicationis sententiam, suspensa est noui imperatoris electio vsque ad biennium, quo elapso Carolus, post Italiam sæpe armis subactam, anno Redemptoris nostri 881. die natiuitatis Romæ a Ioanne VIII. creatus & coronatus est, postquam biennio interregnum fuisset. Ita Regino in chronico, & Aimoinus lib. 5. c. 39. Baronius anno 879. numero 2.

Obitus Ludouici III.

Carolus Crassus fit imperator.

CONCILIVM ROMANVM III.

QVO PETRVS IN CAUSA PHOTII RESTITVENDI missus est Constantinopolim anno Domini DCCCLXXIX. tempore Ioannis VIII.

NOTA.

\* *Concilium.*] Hæc Synodus auctoritate Ioannis papæ congregata Petrum aliosque adiunctos ei legatos ea facultate dumtaxat instru-

Mmm iij